

tiam vobis dedi item sussipienti pro parte ipsius Ecclesie sine compellatione pignorare me et meos heredes in omnibus rebus licitis et inlicitis donec perfecta omnia ipsi Ecclesie adimpleantur Est autem predicta domus in civitate Baroli et hiis finibus circumdatur, a prima et secunda parte iuxta viam. a tertia parte iuxta domum Angeli de Nuceto. a quarta. vero. parte iuxta communem transitum. Quod scripsit Ionathas Imperialis Notarius qui interfuit.

- † Iacobus qui supra Imperialis Baroli Iudex.
- † Nicolaus quondam Baroli Imperialis Iudex.
- † Goffridus filius Gimundi militis testatur.
- † Nicolaus de maraldicio testatur.

N. 26.**A. D. 1246**

(13 agosto, Indiz. IV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale. (<i>Olim S. Lucia</i>).
<i>Data di luogo</i>	Salpi.
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. 0,24, larg. 0,25.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	I coniugi <i>magister Iohannes Medicus et Trumichia</i> vendettero a <i>Nicolaus de Capuano</i> la loro casa, posta nella città di Salpi, nel <i>pictagium Sancti Martini</i> , per 18 carlini d'oro di Sicilia
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno dominice Incarnationis iesu christi. Millesimo ducentesimo. Quadragesimo Sexto Imperante domino nostro. Frederico. dei gratia secundo Romano Imperatore semper augusto ierusalem et Sicilie. Die Lune terciodecimo Mensis Augusti. Quarte Indictionis. Nos Magister Iohannes Medicus et Trumichia vir et uxor francorum lege viventes in qua non est necessarium munduali consensus secundum usum et consuetudinem Civitatis Salparum eiusdem terre cives in eadem civitate. Coram presentia Gradelonis eiusdem Civitatis Iudicis et testium subscriptorum. Tibi Nicolao de Capuano concivi nostro. domum nostram unam